

1978

L  
1504



Christianis

Senior

S. A. 9. A 34

no 25

Script. Rom. in Quarto

N. 20.

~~II. 26. 26~~



# Grammaticale bellum.

Nominis et verbi Regū  
de principalitate oratiōis inter se cōtendentium,

In bellum grāmaticale Hermāni Buschij  
pasiphili extemporale Epigramma.

*Epigramma ad ut epigram  
matm si ppppupho  
di ab etti fndz ppp  
et xodnd fapto ha  
nt pppno vnd  
Epigrammatang et  
Epigrammatang.*

Gallorum turmas: quis nō narrauit: atroces:  
Gesap sanguinea, fortiter acta, manu:  
Quū fudere graues Venetos: tumidumq; Leonē  
Terga dare in campis: edocuere: suis  
Fidentesq; armis vltra cepere vagari  
Et vaticani: carpere iura: patris.  
Donec ab hispano gens martia venit Ibero  
Heluetiusq; alpis trans iuga castra moueus  
Addidit afflictis animū, viresq; latinis  
Rebus opem venetis: pontificiq; ferens  
Tunc quīs pugnax posito certamine: Gallus  
In patriam celeri: vertit ab hoste: fuga  
Haectenus hec hominū linguīs iactata quiescant  
Hic noua: que narrent: arma legēda damus  
Gramaticę in regno: nuper bellum acre: duorū  
Infausta sumptum est ambitione ducum  
Quod quīs nō sit leue: nec discriminis expers  
Ipforum propter: ferrea corda: virum  
Cuncta tamen possunt amborū hęc prelia regū  
Non citra ludum: deliciasq; legi,

*Varrang a n pe pio  
a varet fit ut vdrig  
ng apir: vdrang tott.  
no pnt a tiberi  
pnt molem aduay  
toteming. ramulo  
m go pati barlwaz  
no dng q po: ho. Leo  
potts ut vdrang zpp  
epent. remy  
partare into dia  
et temera lau  
Dare que amb  
nopus glonari fde  
a passino pppm  
vdrang pppm q  
laudatq. et exmora  
in Meron. Africa.  
Dng pppm vdrang  
pnt latina lau.  
bar. }*





loci: hanc et nonne...  
 paulo Cesio, et dicitur suo...  
 PAVLO, CESIO, IVRE, CONSVL  
 TO, ANDREAS, GVARNA  
 SALERNYTANYS, S, D,

*Handwritten notes in the left margin:*  
 Dextera q dexte pr  
 est dicitur...  
 Dexte manu...  
 In dexte...  
 ad pte sat...

*Handwritten notes in the left margin:*  
 Bal fa singulari  
 q phi...  
 Na 3...  
 Curio...  
 In: Na...

Ellum illud memorabile. quod inter Gram  
 maticę Reges non minoribus animis q̄ odijs  
 gestum est, omnium periculofissimū, cum su  
 perioribus diebus imprimendum curarem. Paule Cesi  
 cui nam potissime id opus dicarē. cogitāti diutius, vnus  
 mihi occurristi, quem tam & si paternis inherētem vesti  
 gijs, ardue Iustiniane sanctiōes, ac difficilia indefesse ex  
 erceant lōgum decreta, ea nihilominus es ingenij dexte  
 ritate, vt post inquietas fori actiones, post importunas  
 clientium querelas, domū reuersus, ætati aliquantulum  
 atq; animo indulgens, iocos, sales, cæteraq; quæ pulsis  
 occupationū tenebris, affectam mentem exilarare con  
 sueuere, seruata semper personę grauitate admittere nō  
 vereare. Decorabunt aliq̄ nomē, virtutesq; tuas sublimi  
 oribus, grauioribusq; lucubrationibus. Sed & tute pa  
 rentem imitatus, te ipsum, ac familiam tuam marmoreis  
 laudibus illustrabis, ipse ex tenui penu quod possum, pe  
 ferens, beneuolentiā, quæ vnico congressu (tantum plæ  
 rumq; valet ad cōciliandas amicitias morum cōsensus)  
 inter nos exorta est nunquam intermoritura vel vnico  
 hoc psequar munere deuotissimo. Vale. & me Tarqui  
 no, Sanctę crucis Romanę iuuentutis splendori, ac bo  
 narum literarum cultori commendatum redde,

*Handwritten notes at the bottom of the page:*  
 Marmoris a... quod ex marmore...  
 Dexte...  
 Deniq;...  
 languere...

*Handwritten notes in the right margin:*  
 Dexte...  
 Marmor...  
 Dexte...





Grāmaticale bellum. Nominis & Verbi Regū,  
de principalitate orationis inter se cōtenden-  
tium. nuper editū a Reuer, d, Andrea  
Salernitano, Patricio Cremon.

**G**RAMMATIGAE prouinciam cæterarum  
omniū quæ vbiq; terrarū fama celebres sunt,  
pulcherrimā, fœlicissimamq; esse, nemo fer-  
me vel mediocriter eruditus est qui ambiget.  
Quippe cum amænitate situs, salubritate cœli, frugum  
omniū copia, rebusq; alijs, quibus mortalis hæc vita ca-  
rere nō debet, nulli cedat. tum illustriū virorum nutritrix  
semper extitit & alumna, Sicuti em̄ ætate hac, ita priscis  
etiam temporibus inuiolabiliter obseruatū fuit, vt quic-  
quid vbiq; gentiū (barbaras & desides natiōes semper  
excipio) gigneret ingenij bone indolis, alicuius ve spei  
eo sanctissimis imbuendū disciplinis mitteretur Ex hac  
siquidē ad sublimiores regiones, beatioreq; habitatio-  
nes, Dialecticā. scilicet Philosophiā, Theologiā, cæteras  
q; illis similes puincias vnicus aditus patet. & nisi eam  
peragrauerit, in illarū sacraria minie quis valeat penetra-  
re. Quæ quidē licet tanta polleat amænitate, & rerū cop-  
pia, est nihilominus altissimis circūdata montiū cristis,  
& inaccessis eo vsq; circumsepta Alpiū iugis, vt nisi pe-  
ritum habeas itineris ducem, ad eius plana, cultaq; nun-  
quā valeas peruenire. Fuit p̄inde, vt & nūc est, eius pro-  
uincie Regibus laudabilis & pius mos, ne mortaliū ge-  
nus tam necessario bono priuari queat, ex suis militib<sup>9</sup>  
veteranos (quos pedagogos vocant) in oēs mūdi ptes  
dirigeret, qui tenerioris ætatis adulescētes (nam adulti  
& prouectiores, haud facile disciplinā recipiunt) ad ip̄a  
vsq; Regum palacia icolumes perducāt. vbi & Latie, &

A ij

Mos 2 pte nra  
mto rofmetudo  
firmat. Voco  
Mos, est nra  
annu que d  
qui dicit rofmetudo.

latu p. nra  
3 mali lang a  
ex nra  
dicit.



*Cecropia est in insulae a Cecropo fit Cecropia. Cecropias matris apud amos mag habetur*

*Minerva dicitur  
pallas dicitur  
Tyro non minus  
Car adolentis  
ad roga tuebant  
ad barba ponit  
eloquentia in foro  
amperabant tyro  
nis diti in etia  
da arto tyromin  
a tyro tyron  
videntur dicitur  
Gemma pr: ro qd  
Amictor sua arto  
et dum fa. et cum  
moe qd ma x  
Calho sua rallo p. m. ara  
in 8. Rara p. omnes  
dicitur p. m. rallo*

Cecropiae Mineruae artes eruditi praedictas postea sublimiores Regiones scandere valeant, & expeditius penetrare, ibi Graeci oēs, latiniq; quos vel propria scripta, vel aliena celebrat monumēta, tyrocinia sua prima exercere, ibiq; edocti, atq; instructi, tātis postmodū florere gestarū rerum preconijs, vt viuentes, ætatis sue hoibus maximo ad virtutem fuerint adiumento, & vita functi posteris, tanquā extenso digito, recti ad laudabilem vitam callis semitā demonstrarint, Prouicia hec itaq; licet vnica sit, & indiuidua, geminos tamē habet qui in ea imperent potētissimos Reges, Verbū. s. & Nomen, & prior quidem Amo, posterior vero Poeta nuncupat. qui diutissimis tempibus tanta simul regnauere concordia, vt in cōficiēda oratiōe, ex qua vtriusq; imperij vectigal omne cōsistit, nullum vnq; dissidiū, nulla decessio, nullum deniq; litigiū inter eos fuerit auditum, Nihil aut in omni grāmaticę solo gignitur oratione preclarius, nihil dignius, nihil salubrius, quæ iocundissimis cōpacta florū coloribus, pulcherrimis ornata rerū figuris, ac suauissimis redimita rosarū nexib; tātē est auctoritatis & virtutis, vt cum mortales oēs (modo recte apteq; peroret) in sui admirationē trahat, tum a dijs ipsis quicqd voluerit valeat extorquere, Vnde est illud Euripidis dictum, Omnia cōficit oratio, quæ hostile ferrū conficere non potest, Pirrhus plures a Cynea oratione, q̄ se armis vrbes captas dicere cōsueuerat, In hac igitur regum cōcordia, cū grammaticę totius res optime procederēt, foeliciq; prosperarentē successu, Accidit vt orta inter eos ex parua causa dissensione, cuncta tumultibus, & inexpectatis belloꝝ anfractibus inuoluerentur, Quid enim non faciunt vinū, & inmoderatus sumptæ epulæ? Tantam animorum coniunctionem vnus cōuiuī ebrietas

*Multū enim valeat  
oro m. h. q. h. q.  
Euripidis dictum.  
Sunt: de vi. illustib; r. 35  
de bello inter dicitur  
et perun tunc m. h.  
fontes?*

*Ampharq; ut ab ambar  
in frangendo dicitur*

*Pirrhus*



*tota oia abunitis existant*

in eas Impulit utrūq; Regem inimicitias, vt immoderata dominandi libidine, tanq; siluestres tauri a lylo acti, propria regna, & tam nobile Gramaticę imperiū pene euerterint, Referam autem quonā pacto gesta sit res, vt sciānt omnes nullū esse tam arctum amoris vinculū: quod regnandi libido non soluat. Qua propter Dionysiū seniores dicere solitū ferunt, ab amicis etiā cauendū esse ei qui pręsit, quando ignarus non sit eos impare malle q; seruire. Cœnātibus itaq; aliquādo prædictis Regibus, in medio estatis feruore, secus placidissimū & perēnem fontē, cui<sup>9</sup> ripas vndiq; virides Fagi, & altissimę Platanini opacitate eximia adumbrabāt. Postq; abunde ventrifactum est satis, vt cum incaluisent omnes mero, orta est inter eos questio, cuius nam partes in cōficienda oratōe potiores censerent? Et verbo quidē digniorē locū sibi ascribente, acriter resistebat nomē, asserens sine se stare orationē nō posse, ex seq; procedere, q; intelligibilis habeatur & grata. Quid enim (aiebat) facis tu in oratione sine me? si paululū presentia meam subtraxero, non secus te intelligant audientes ac mutū loquentē, confice illam paulisper sine me, fac vt sciānt audiētes quid tibi velis, certe nisi ipse interpres accedā, vel in ipsa intentionis tuę primordia, nullus valeat penetrare, Sed & illud notari est dignū, q; quo te antiquior sum, eo etiam dignior debeo cōprobari Quis vero nesciat fuisse prius nomen q; verbum? aut quis non intelligat Nomī q; Verbo vetustiora adesse exordia. Deū certū est fecisse oia, quod si omnia vtiq; & verbū. Deus autē nomē est, nō verbū, igitur a nomie facta sunt omnia, & non solum oratio a deo facta est, & sic a nomie. Sed & tu o Verbū qui a deo insolescis, a nomine tuū esse sumpsisse conuinceris, Legisti tu aliquando, Inter natos mulierū nō surrexit ma

A iij



Verbo longe ee pra  
Annus quam nomen

Exhibere in sono  
et placiditate  
magis sublatore ex  
patto denique

ior Ioane baptista, Dei hec e sententia, huic refragari mi  
nime tibi fuerit fas, Si Ioanne nullus est maior, Ioannes  
aut est nome eius, & cui nome erat Ioannes, apparet cer  
te nihil maius nomine posse reperiri, Sexceta sunt testi  
monia que possent afferri, quibus luce clarius definitur  
sicut dignitate, antiqtateq; ita & auctoritate, Verbo lo  
ge Nome esse prestanti? Quae omnia sponte pretereo, ne  
verbositate nimia non ca Verbū ipsum videar superare  
Mirabar, respondit Verbū o Poeta, quod Plato ille di  
uinus sua eiecisset republica, nunc an aduertēs quanta  
impudentia, temeritateq; diuinas auctoritates tuis inep  
tis inuoluas, Sapientissimū philosophū recte iudicasse  
satis animaduerto, nam nisi te ea, quā cōstituebat, repu  
blica exhibilasset, cum alijs multis tum falsis religionib  
portētuo sisq; Dñs, omniū ciuium suorū mentes peruer  
tisses. quid enim audeat tua arrogancia, tua mentis elat  
tio, quādo possessa a me diutissimo tempe prioris loci i  
hac prouincia, dignitate, vel cum fictis inuersis, & intor  
tis sacrapagine testimonijs, exturbare conaris? Enimue  
ro ne solus literas scire viderere, manifestissimis & pla  
nissimis eiusdē pagine dictis auctoritatē meam cōserua  
bo. Proferā autem ipm veteris scripturæ caput, vbi dici  
tur. In principio erat verbū, & verbū erat apud deū, Et  
deus erat verbū. Arrige aures, cur faciē caperas? Deus  
inquit erat verbū, Omnia per ipm facta sunt, & sine ipso  
factū est nihil. Non igitur Nome fecit omnia sed Verbū.  
Deus aut erat verbū, nō nome, Sed & verbo domini ce  
li firmati sunt, & omnis virtus eorū. Quid igit dices? non  
est qd' te diuinis tueare testimonijs, que p me stare, tibi  
q; aduersari intellexisti. Verū ad ea quæ ad nrām veræ  
attinēt cām, reuertamur. Quæ nā est per immortalē deū  
hæc tua insania, vnde hostibi tam repete sumpsisti spis

Religio vobis deo & imperio vobis





ritus? vt audeas in oratione digniorē tibi locū vsurpare  
 ante præterit oēm decorē, pulchritudinē, ac suauitatem  
 ex me vno procedere, a verboq; nomē, nō a nomie ver-  
 bū regi cōsueſſe. Verborū varietas, vborū elegātia, ora-  
 tionē exornat, & illustrat, ſed & niſi teregā ac dirigā in  
 oratiōe, tu ipſe mācus & debilis reperiare. Poteris ne tu  
 cōſtructionē vnā cōnectere, in q̄ nō cōtinuo mihi prin-  
 cipales ptes tribuant? Sed & me ſolū, q̄ inter verba prin-  
 cipatū teneo, ſine alterius adminiculo orōnē perfectā cū  
 voluero facere poſſe nemo p̄mittit dubitare. Quid ergo  
 blactis (& qd̄ ille ait tuus) p̄ncis ampullas, & ſexq; peda-  
 lia vba? Quis vero es tu, q̄ liſve, aut quātus, q̄ hęc iactas  
 qui tā alte reboas, q̄ eouſq; inflatus incedis, vt periculū  
 ſit ne medius dirūpare? Noīm inquires Rex ſum, ſed qd̄  
 tibi eſt nomē? Poeta r̄ndes, quid autē aliud eſt poeta, q̄ Poeta  
 nugigerulus, nugiuēdul⁹, fabularū inuētor, ſcelex ma-  
 giſter, loquax, nugax, mēdax, Ebrius, & fatuus, qui ve-  
 ra inuertas, falſa igeras, totūq; orbē garrulitate inficias  
 & perturbes, q̄ loquacitate tua tantā tibi apud imperitū  
 vulgus auctoritatē vsurparis, vt cū clariffima verborū  
 progenie de dignitate audeas diſceptare. Quid ex te ha-  
 bent, vñ ad virtutē incitent̄ aduſcentiores, quos ſtulte  
 ſatis erudiendos, parentes eorū tibi tradidere, niſi adul-  
 rerum Iouem, Zelotipā Iunonem, meretricē Venerem,  
 mœchum Martē, reliquaq; tuæ ſapientia præclara com-  
 mēta, qui cum plus iuſto aliquantulū biberis tanq̄ deo  
 non mero plenus, ad iſtar laruati, ceritiq; celū terræ, ter-  
 ram cœlo audeas p̄miſcere. Ad hęc ira vehemētiore ex-  
 cādeſcēs Rex poeta, ignominiāq; ac iactata de ſe p̄bra-  
 ferre nō valēs. O improbū inqt caput, talia de nobis tē-  
 merario ore dicere p̄ſumpſiſti: ſiſq; arreptū poculū, in il-  
 lum furibūdus imiſiſſet, ni ex circūſtātibus qdā appres-

Laruan  
 dicitur  
 noſt  
 mite no  
 si q̄ a  
 laruan  
 exten  
 ti

Certe q̄nt aut q̄nt  
 re mē mēdax  
 et q̄nt / et q̄nt  
 reſt q̄nt reſt

plus erud. ſan. melis. ſora. dēſon. dēd. ſi. noſ. reſt. q̄nt. dā. iſta.





hensam eius dextrā, ab ictu diuertisset, Minime dubiū  
est quin irritatis vtrinque animis, ex verbis ad vbera, vul  
neraque deueniendū fuerit, nisi interuenientes seniores &  
saniores viri, vtrinque regem furore ebrīū, in suas aedes  
reduxissent, Quo cum postridie ambarum partiū studio  
si cōuenissent, maxima apud omnes de pridiana contens  
tione disputatio habebatur. Lacerabatur precipue inter  
nomina regis verborum maledicentia, maior eorum pars, &  
iuniores precipue, mirū in modū fremere. Malo doman  
dam regis Amo loquacitatē dicere, docendūque illū am  
plissimā Nominū maiestatem nunquam contumeliā fuisse  
oportunū. & licet ætate prouectiores, & Terentius precipue,  
qui ibi tunc aderat, suaderēt nihil precipitata sententia  
fieri debere, & omnia consilio priusquam armis sapientē  
experiri oportere Tātus nihilominus fuit oīm nominū  
cum suo Rege ad arma consensus, vt in eā frequenter sit  
itum sententiā, omnibus Verbis continuo bellū indici  
debere, Misso igitur tubicine ad regē Amo, inimicitias,  
bellūque manifestū cōfidentissimis anīs denūciarūt, nec  
saniora quidē apud Verborū regem agitabant cōsilia,  
ad quē conueniētes sue partis ordines omnes, longa dis  
ceptatiōe agebatur de retinēda in grāmaticę regno ver  
borum dignitate, deque deprimēda Nominū presumpti  
one. Cum interim superueniēs Poetę regis nuncius de  
bello, quæ sibi mādata fuerāt, diligēter exposuit, Enim  
uero læto se animo accipere illis respondētibus, ad belli  
cogitatiōes versi sunt omniū animi, Misit itaque verborum  
Rex tubicines & nuncios suos ad omnes nationes & gens  
tes, quę suo parebāt impio, iussitque vt cuncti armis ido  
nei ad constitutā diem adessent, Omniū autē primus ad  
fuit Aduerbiōrum dux Quādo, cum cēturionibus sex, videlicet  
vbi, quo, vñ qua, Quorsum, & Quousque, Quos

**Terentius**

*Mane: oia puz expo  
vñ vñ: ff. l. 1. de  
papirum l. 1. de*



sequebantur manipulares sui, & sub primo quidē hi erāt,  
hic, illic, istuc, intus, foris, ibi, ibidem, Sicubi, necubi, ali-  
cubi, alias, alibi, vsq; & nusq;, Sub secundo huc, illuc,  
istuc, intro, foras, alio, nequo, aliq, siquo, illo, eo & eodē

Sub tertio, hac, illac, istac, alia, aliqua, nequa, illa, ea et  
eadē, Sub quarta horsum, illorsum, istorsum, intor-  
sum, extrorsum, dextrorsum, sinistrorsum, aliorsum, ali-  
quorsum, sursum, & deorsum, Quintū sequebantur  
hacten<sup>9</sup>, hucusq;, eousq;, vsquemō & vsq; nūc, Sex-  
tus centurio signū ferebat manu ppria, ibatq; medius  
oīm, ita vt duo pcederēt ordines, ipse sequerēt, tres clau-  
derent agmen, Multa alia Aduerbia ante currebāt, que-  
dam pcedentiū acierum tegebāt latera, illa itinera explo-  
rabant, hæc curabant ne ordines interrūperent: quo-  
rum noīa hæc sunt, peregre, pone, sup, supra, intra, ex-  
tra, citra & ultra, cū alijs pluribus, Venere post hæc alia  
Aduerbia qualitatis, quātitatis & nūeri, cum qbus erāt  
aduerbia Iurādi, vt edepol, emūero, e castor, mehercle,  
medius fidius, & pfecto, aduerbia, Vocandi, vt heus, &  
o, Respondendi vt hem, Ridendi, vt ha ha he, Negādi  
vt minime & nequaq;, Qui quidē nequaq;, licet strenu-  
us in bello esset, & diu exercitatus, oīm nihilomin<sup>9</sup> mē-  
dacissimus habebat, & fallax, nec nisi coactus verum fa-  
teri didicerat, hunc & greci ολοφραντα appellabāt, De  
hoc nequaq;, truci & mala bestia, plura essent dicēda, q̄  
qm̄ libere non sunt voces volentes omittimus, Id potis-  
sime persuasum habentes, supfluū esse lupū ouibus cas-  
uendū nunciare, Omīa hæc aduerbia triplici munieban-  
tur armatura: ferebātq; p scuto speciē, pro lorica signi-  
ficationē, pro ense figurā. Multæ aliæ nationes, Aduer-  
bioꝝ Venere in auxiliū regis sui, videlicet natio In dica-  
tiua, Frequetatiua, Meditatiua, Desideratiua, Inuitatiua

*ολοφραντα*



Diminutiua & Denominatiua, cum copijs nō spernendis. Affuere etiā fortissimi satrapę Anomali, qui late dominabant in cōfinibus Grāmaticę bellicosissimi quidē sed qui nullo possent ordine cōtineri, eorū nomina hęc sunt. Sum, volo, fero & edo, qbus cōcessum a rege fuit, vt in quocūq; castrorū vellent loco, sua figerēt tabernacula, modo inter milites nullum tumultū cōcirent, Post hos aduenit natio verborum defectiua, distincta & pulcherrime per turmas ordinata, videlicet Memini, noui, cœpi & odi. Item Vale. Salue. Aio. inquit. inq; faxo. cedo. omēs armati & ad pugnā animis p̄sentissimis, quę quidem sequebantur omīa verba actiua vestita in o, & passiuā in or, Neutra quoq; cum Deponētibus, Cōmunibus, & Impsonalibus cum diuersorū idiomatū, & variarū linguarū. erantq; armata generibus, tempibus, modis, speciebus, figuris, personis & numeris. Congregato huiusmōi exercitū rex Amo, omēs copias deduxit in latissimos campos cōiunctionū, in loco quodā qui dicitur Copula, ibiq; castrametatus est, iuxta flumē Disiunctuarū, nomīe Siue, diuisitq; omīa sua v̄ba in quattuor coniugatiōes, vnicuiq; tribuens in castris p̄priū locum, exceptis quibusdā familiaribus verbis, qbus iniunctū fuit vt sarcinas ferrent infinitiuorū, quorū hęc nomina sunt, incipit, desinit, debet, vult, potest, iubet audet, nitētentat & dignat, Vltima oīm venere in castra quedā verba maxime auctoritatis, vt pluit, ningit, fulgurat, tonat fulminat & aduersperascit, trahētia post se cohortes fortissimorū militum suorū, Sed & Gerundia cum supinis relictis nominibus, trās fugere ad verba, Audiens vero nominū Rex Poeta, quāta cōtra se p̄parassent aduersarij sui, veritus ne subita vi aliqua ingruente opprimeretur, si imparatus tantarū viriū impetum expectaret,



*Arfacida p[er]i: r[ati]o: n[on] p[ro]p[ri]a p[ar]t[ic]ip[ati]o r[ati]o 19  
in p[ar]t[ic]ip[ati]o subreunt q[uod] p[ar]t[ic]ip[ati]o r[ati]o r[ati]o  
regis suos arfacida & appellat h[ic] arfacida*

omnibus imperio suo subditis, indixit, ut opprimū fieri  
posset, armati, & instructi pro viribus adessent, in cui<sup>9</sup>  
auxiliū vtpote p[ro]p[ri]o res primi affuere Pronoim du  
ces. Ego Tu Sui. Consanguinei ipius Regis, & ex eodē  
Arfacida sanguine p[re]creati, cum quibus erant Meus,  
Tuus, Suus, Noster & Vester, Nostras & Vestras, Ille  
Ipse, Iste, Hic & Is. Omnia autē nomia diuisa erant in plu  
res cuneos, & sub varijs signis cēturiata, aliqua quippe  
primitiua, alia deriuatiua, aliqua relatiua, quedā possessi  
liua, quedā gentilia. Venere insuper tres articuli pu  
gnacissimi, & longo belli vsu exercitati. Primus erat  
hic. hec. hoc. Secundus hic & hec, Tertius hic & hac  
& hoc qui speciebus, generibus, numeris, figuris, perso  
nis & casibus armabant. Post hos duces magni Relati  
uorū, Quis, Quæ, Quod vel Quid se castris iūxere. Et  
erant ij Referēdarj generales Regis noim in suo regno  
cum quibus fuere omnia, Relatiua & Substantiua distin  
cta in duas turmas, videlicet idētitatis, & diuersitatis In  
prima numerabantur. Is Suus, Ipse Sui, Ille & Idem In  
secunda Cæter, Alius, Reliquus & Alter, Princeps Re  
latiuorū accidētū erat Qualis, cum quo militabāt Quā  
tus, Quot, Quottuplex, Quotenus, Quotifariā, Cui  
des & Cuigena, Venit etiam Regina præpositionū Ad  
cum qua erant Ab & in, cōiunctæ nomibus casualibus  
ducebantq[ue] secū tres phalanges strenuorū militū, In pri  
ma erāt. A. Abs. Cum. Corā. Clam. De. E. Ex. pro præ  
palā, absq[ue] tenus seruiētes ablatiuo casui. In secūda fue  
re Apud. Añ. Aduersus. Cis. Citer. Citra. Circū. Circa  
Cōtra. Erga. Extra. Inter. Intra. Infra. Iuxta. Ob. Pone  
Per. Prop[er]. Prope. Scd[un]d[um]. Post. Trās, Ultra. Præf. Su  
pra, Circiter. Vsq[ue]. Secus. Penes. Omnes seruiētes actō  
casui. In. Sub, Super & Subter, seruebant vtriq[ue] casui,

*Cumq[ue] in p[ar]t[ic]ip[ati]o  
quod ad p[ar]t[ic]ip[ati]o  
lingua adhiberi solit  
is p[ar]t[ic]ip[ati]o r[ati]o r[ati]o  
p[ar]t[ic]ip[ati]o r[ati]o r[ati]o  
p[ar]t[ic]ip[ati]o r[ati]o r[ati]o  
p[ar]t[ic]ip[ati]o r[ati]o r[ati]o*





ablatiuo scilicet & actō Sub signis tertie phalangis mili-  
tabāt Di, Dis, Re, Se, An & con. Eratq; eorū proprium  
officiū cōpositionē facere in vsum militū, nanq; tunc  
dies quadagesimæ erāt. At qui noīa omīa in suas acies  
distributa, pulcherrimo ordine pcedebāt, videlicet sub  
statiua & similiter Adiectiua, ppria, Appellatiua & par-  
titiua. Post quæ Cōparatiua, Suplatiua, Possessiua, Pa-  
tronymica, Gētilia, Numeralia & Multiplicia, Singula  
eorū distinguebant per declinatiōes quinq; scilicet pri-  
mā, secundā, tertiā quartā & quintā, Quorū arma erant  
species, genera, nūeri, figure & casus, His igitur om-  
nibus in vnū coactis, Rex nominū Poeta, copias & ipse  
suas deduxit in eandē planiciē Coniunctionū, posuitq;  
castra ab altera parte predicti fluminis Siue, ita vt tātos  
exercitus vnicus diuideret alueus fluminis Vnde, & fie-  
bat vt inter aquatores non leuia interdū prelia inirentur  
nūq; tamē totis copijs in aciē descēsum est, phibētibus  
id vtriusq; partis regibus, qm nec dum ad pugnā neces-  
saria omīa parata intelligebāt, Satagebatq; vterq; eorū  
Participiū in suas ptes traducere, Erat vero Participiū  
maximē in tota Grāmaticę puincia auctoritatis, et post  
reges potētia & dignitate plane primus, qui in quācun-  
q; partē cum suis viribus inclinasset, haud dubie victori-  
am secū trahere posse videbatur, Quapropter non tam  
Verbum q̄ Nomen, vt hunc sibi adiūgeret, nihil inten-  
tatū pretermittebat, poccupās aut Noīm rex Poeta, hu-  
iusmodi ad illū lras dedit, Non arbitror te preterire  
frater mi, quāta insolentia, quo animi tumore, cōtra me  
Noīm q; dignitatē, isurrexerit Verborū rex Amo, qua  
ve temeritate cōficiēdæ oratōis primas partes sibi vsur-  
pare psumat, Propter quod licet inuiti, arma sumere &  
copias cogere coacti sumus, vt illius cōtrusa supbia, aus



etoritatē nostram illibatā cōseruare valeamus. Enimue  
 ro cum optiē scias quantū Noīm gentibus debeas, que  
 ve ab illis acceperis beneficia, feceris pietate, & fide tua  
 dignū opus, si cōmunē existimationē, cōmunē rem, cō/  
 munes spes nobiscum protecturus, cum tuiste legioni  
 bus nobis adiūxeris, Nam euerso Noīm statu atq; im/  
 perio, nihil ē qd' in Grāmaticē solo tutū tibi possis arbi/  
 trari. Vale & quantū potes tuū festina aduentū. Scri/  
 psit vero & Rex Amo ad Participiū in hæc verba Non  
 melatet, amice charissime, sollicitari te maxima instātia  
 ab aduersarijs nostris vt cōtra nos bellū gesturus, secū  
 in campū descendas, & licet pro tua prudētia nihil teme  
 re te gesturū cōfidamus, necessariū tamen duximus ad  
 monere, & hortari te, vt mente reputes quæ a nobis ha/  
 beas cōmoda, quāta ex verbis dignitati tuę fiat adiectio  
 & licet minutila quedam a Nomibus accepisse videaris  
 potiora, amplioraq; nihilominus sunt q̄ tibi a nobis tri/  
 buuntur. Iustius itaq; feceris, si non nos mō Verborūq;  
 imperiū, sed te ipm tuasq; res defensurus, ad felicia hæc  
 nostra pueneris castra. Nam nec verisimile est si succu/  
 buerimus ipsos hostes a rebus tuis tpaturus, quin victri/  
 cia (qd' deus auertat) in te cōuertāt arma, quo soli tandē  
 in omī Grāmaticē solo, pro effrenata animi libidiē gras/  
 sari queant. Vale. Ambarū igitur partiū lectis literis, aliā  
 Participio mentē esse, alia moliri, diuersa anō voluere  
 Cogitabat siquidem neutri se parti adhærere posse, sine  
 manifestaria rerum suarū perniciē, ecōtrario si se mediū  
 gerat, vel amboꝝ seruare gratiā, vel qd' magis destina/  
 bat anō vtriusq; res belloꝝ cladibus ita affligi posse pē/  
 sabat, vt illis depressis, rerū ipse in Grāmaticæ regno sine  
 cōtrouersia potiret. verū dissimulandas huiusmodi co/  
 gitatiōes censebat, ducēdosq; vtrosq; verbis, quoad cer

B



taminū euētum posset inspiciere, Rescripsit itaq; vtriscq;  
in hæc verba. Accepi litteras vestras illustrissimi reges,  
easq; nō sine ingenti animi dolore perlegi, audiēs inter  
adeo cōiunctos principes, tāta exorta dissidia vt cōtine  
ri minime possitis quin ppria regna Grāmaticæ tam ces  
lebre imperiū cruentissimo bello sitis euersuri. Quæ vos  
occupāt intemperix? Vnde ea mentiū alienatio? Per im  
mortale deum quo p̄grediamini, paululū cogitate: quā  
tum lætabunt̄ aduersarij cōmunes vestri ignoratiæ pes  
tulci habitatores: & Barbarismorū incōpositi populi, in  
tuentes hostiū suorū vires mutuis dissidijs lacerari. Ad  
iuro vos per Deos omnes, superos, medios, infimos re  
gredimini, abstinete funestis, & abhominabilibus armis  
ne dānabili dominādī libidiē, pulcherrimā totius orbis  
prouinciā tumultib⁹ & cladibus inuoluatis, at qui si ita  
in fatis fuerit, si oīno obfirmati estis bello decernere: me  
um minime arbitror vestrū alicui adherere, Partē quip̄  
pe iurisdictionis meę capio a v̄bo, partē a noīe, Et cū vtri  
q; multū debeā, vtrunq; cōmeatu, alijsq; ad victū rebus  
necessarijs: quantū potero: adiuuabo, Abstinebo aut̄ ar  
mis, tantūq; ad id meas cogā copias, ne in hac belloꝝ li  
centia, fines imperij mei aliquatenus possint deuaſtari,  
Dent vobis dñ̄ vt saniora cogitetis. Valete. Licet vero  
hæc rescripserit, alebat nihilominus verſipellis, & vafer  
quibus poterat modis regū discordias, cōcitabatq; oc  
cultis literis vtriusq; gentis animos ad pugnā, sperās ex  
eorū internitiōe facilem sibi aditū ad totius Grāmaticæ  
imperij posse parari, Dieq; quo milites sui ad se cōueni  
rent, indicto, nō contēnendas & ip̄e copias aggregauit  
Affuere in primis desinentia in ans, & in ens, in tus sus,  
xus, rus & in dus, cū noībus verbalibus in tor & in trix  
& similia, quæ incolebāt loca vicina Verbo & Nominī  
Participio se adiūxere, Sed & Gerūdia Supiāq; vt cui



lia bella declinantia Verba iterū ad Participiū trās fuge  
 re, reb<sup>9</sup> hoc pacto dispositis, quo se vtrifq; parti Partici  
 pium gratū exhiberet, destinavit vtrifq; mūera precij nō  
 exigui, & verbo quidē primū misit intra scripta Neutra  
 passiva, videlicet Gaudeo, Soleo, Audeo Fio, Prandeo  
 Ceno, Iuro, Titubo, Placeo, Nubo, Carco Mereo Po  
 to, Taceo & quiesco, Noim autē regi dedit desinentia in  
 tor & in trix, Misit etiā pro pedamēto exercitus Verbo  
 plaustra centū prēteritorū, p̄sentīū, & futuroū, camelos  
 mille figurarū Simplicīū Cōpositarū, & Decōpositarum  
 Nomini verop̄ flumē Siue, trās misit decē onerarias na  
 ues casuū noiatiuorū & genitiuorū, & totidē numerorū  
 singulariū, & pluraliū, Multaq; alia ḡna masculina: femi  
 nina, neutra cōmunia & om̄is. Quibus peractis, cōtine  
 bat se cum legiōibus suis, intra proprios cōfines, expe  
 ctans, Quo nā inclinaret fortuna, At bellicosi reges cū  
 abūde p̄lio opportuna p̄parassent, nihil cogitabāt aliqd̄  
 q̄ vt ex p̄clara aliqua re, belli inicia ordirent. Accidit autē  
 vt ex nobilioribus ciuitatibus totius Grammaticę, duæ  
 furto interciperent a Verborū Rege, videlicet A & V,  
 Nam in eam diē vrbes om̄es vtrifq; Regi suū stipendiū  
 exoluebāt: nullā vni magis q̄ alteri de cætero seruitutē  
 seruietes. Quod audiens Rex Poeta eisdē artibus tres  
 alias occupauit, scilicet. E. I. O. Reliquæ ciuitates cautis  
 us iuigilātes sua seruata libertate, vtrifq; se cōmunes ex  
 hibuere, quorū noīa hæc sunt b c d f g l m n p q r t x & z  
 quibus omnes Crāmaticę nerui cōstare certissimū erat,  
 De diphthōgis binæ cuiuslibet regū datae sunt, vt tubici  
 num offitiū exercerēt, edoctæ quippe erant, Aere ciere  
 viros Martēq; accendere cātu, æ & œ Noim regi cesses  
 re, au vero & eu verba accepere, Sequebant̄ insup vtra  
 q; castra mulierculæ quedā mimæ varijs affectibus mis

B ſ

*Pedamentum & pedala  
 hinc suspensarunt  
 & quod aliter arbi  
 tris adhibere possit  
 talis qd vtrifq;  
 parte*



litū mentes affeciētes, earū quedā flebant & lamēta bans  
tur Grāmaticę cōmunē stragem, quā imminere p̄spicis  
ebāt vt oh, oh, oh & heu & hei, aliæ indignabant & cars  
pebāt regum discordias, vt Vah, Vhe & At at. Pleręq;  
admirabant inter tam cōiūctas p̄sonas ea orta esse dissi  
dia. vt Papæ, Vahu. & Vha, sed & quedā ob mentis les  
uitatē gaudebant, hortabantq; milites in preliū, vt Hea  
& Euax, Cæterę om̄ibus ad pugnā instructis, visum ē  
Verborū regi quo ciuiles clades quantū in se esset, declis  
nare videretur, honestaretq; aliquo modo factū suū, huius  
modi regi Noīm epistolā scribere. Intelligere potuis  
sti o Poeta, q̄ paratus, q̄ robustus tecū certaturus in cā  
pum descēderim. nec ignarus es eas tibi minime ad esse  
vires, vt legionū mearum impetū possis expectare. tuis  
prudenter cōsules rebus, si mihi cedens, tuis te cōtinues  
ris terminis. Quod si insanire pergas, statq; sentētia fer  
ro decernēdi, die tertiā om̄ibus copijs tecū cōgressurus  
in campū descendā, Has litteras cum Noīm regi dedis  
sent tubicines, Au & Eu, ex cōsiliariū suorū sententia, ita  
& ipse respōdit, Semper tibi verborum est plusq; satis o  
Amo, nec nouū est quod verbositate tua, audientiū au  
res obtundas, iactas tu pugnaces exercitus, & tuos ter  
ribiles apparatus. quasi nos pumiliōes, locustas ve nos  
biscū habeam⁹. Possessio tibi parua fuit semp in oīone,  
& nunc eote impulit tua infania, vt effugere nequeas,  
quin male parta, peius gesta. pessime retenta, hac tua re  
gni portiōe iustis armis eijciare, & vt scias quāti nō tam  
ipse q̄ milites me inimicitias tuas faciamus tubicines  
nostri Ae & Oe noīe nostro nudatos tibi lumbos porri  
gent. Si vt velim valeas, extremū valeas. Huiusmodi lis  
teris irritatis vtrinq; animis, futuri plij diem ardētissime  
cuncti expectabāt, Creuerat interea ex temporū occasi



one (vt fit) facinorosoꝝ licentia, exieratq; latrunculoꝝ  
 non spernēda manus, quæ oēm Grāmaticæ puinciā &  
 præsertim loca saltibus, mōtibus p̄pedita, quæ transeun-  
 tibus angustū iter præbere cōsueuere: obsidētes itineran-  
 tes. aut alias in vtracq; castra cōmeatū ferentes, p̄dabant  
 Qua propter crescēte indies apud vtrūq; exercitū anno  
 næ inopia. intellecta eius rei causa, de vtriusq; regis con-  
 sensu, missi sunt duces qdā peritissimi, cū militū oppor-  
 tuna manu, vt vel captos latrones interficerēt, vel fugas-  
 tos omni Grāmatica p̄cul expellerēt. Qui ad ea puenis-  
 entes loca, circūdato a militibꝰ quodā saltu, in quo pler-  
